Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26422
Copyright: Admont, Benediktinerstift

mentes non debemus ipsis tribuere nec quasi non agnita rep
bare. sed quamvis apud fornicariam mulierem dona viri sui
legitimi agnoscere. in verbo veritatis illam fornicationem emen
dare. que propria sunt domini miserantis. Harum ergo talium rerum con
sideratione patres nostri non solum ante cyprianum vel agrippinum.
sed etiam post eam saluberrimam consuetudinem tenuerunt. ut quicquid
divinum atque legitimum in aliqua heresi vel scismate integrum
reperirent. approbarent potius quam negarent. quicquid autem
alienum et erroris illius vel dissensionis proprium. veraciter argu
erent et sanarent. Sed ea que ex illa epistola quam adiungebam
scripta est. remanent consideranda. propter voluminis huius
modum ab alio opinor exordio suscipienda atque trac
tanda sunt. Explicit liber III. Incipit IIII.

Ecclesia
paradiso comparata indicat nobis
posse quidem baptismum eius homi
nes etiam foris accipere. sed salutem
beatitudinis extra eam neminem
vel percipere vel tenere. Nam et flumi
na de fonte paradysi sicut scrip
tura testatur etiam foras largiter
emanaverunt. nominantur quippe commemoranturque per quas
terras fluant. et quod extra paradysum constituta sint omnibus
notum est. nec tamen in mesopotamia vel in egypto quo illa